DIÖZESE
INNSBRUCK

Digitales Archiv

Verleihung eines päpstlichen Ablass durch Papst Pius II.

Pfarrarchiv Münster

29.11.1459

Digitales Archiv

Shelf Mark: 6.7405.A40

CC-BY-NC-ND-Lizenz (4.0)
Creative Commons Namensnennung - Nicht kommerziell - Keine Bearbeitung 4.0 International Lizenz

urn:nbn:at:at-dai-52370

Visual Library

Pius episcopus servus servorum dei Universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Dum precelsa meritorum insignia quibus Regina celorum Virgo dei genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina prerutilat devote considerationis indagine perscrutamur dum etiam intra pectoris archana revolvimus quod ipsa utpote mater misericordie mater et gratie ac pietatis amica humani generis consolatrix pro salute fidelium qui delictorum onere pregravantur sedula exoratrix et pervigil ad Regem quem genuit intercedit dignum quin potius debitum arbitramur ut ecclesias in honorem sui nominis dedicatas gratiosis remissionum prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus decoremus. Cupientes igitur ut parrochialis ecclesia beate Marie Virginis in [illegible] Bremensis diocesis congruis honoribus frequentetur ac in suis structuris et edificiis honorifice conservetur et ut Christifideles devotionis causa eo libentius confluant ad eandem et ad conservationem huiusmodi manus suas porrigant promptius adiutrices quo ex hoc ibidem dono celestis gratie uberius conspexerint se refectos de omnipotentis dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius auctoritate confisi Omnibus vere penitentibus et confessis qui in Nativitatis eiusdem gloriose Virginis Marie festivitate eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices ut prefertur Quinque Annos et totidem Quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem quod si alias visitantibus ecclesiam vel ad conservationem huiusmodi manus porrigentibus adiutrices seu inibi pias elemosinas erogantibus aut alias aliqua alia indulgentia imperpetuum vel ad tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit presentes littere nullius existant roboris vel momenti. Datum Mantue Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquinquagesimonono Tertio Kalendas Decembris Pontificatus nostri Anno Secundo.

Gratis de mandato d. n. pp.

H. Lampe

Pius episcopus servus servorum dei Universis christifidelibus presentes litteras inspecturis
Salutem et apostolicam benedictionem. Dum precelsa meritorum insignia quibus Regina celi virgo dei genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina pre-
rutilat devote considerationis indagine perscrutamur, dum etiam intra pectoris archana revolvimus quod ipsa utpote mater misericordie mater gratie et pietatis
amica humani generis consolatrix pro salute fidelium qui delictorum onere pregravantur sedula exoratrix et pervigil ad Regem quem genuit intercedit, dignum
quin potius debitum arbitramur ut ecclesias in honorem sui nominis dedicatas gratiosis remissionum prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus
decoremus. Cupientes igitur ut parrochialis ecclesia beate Marie virginis in [illegible] Bremen. dioc. congruis honoribus frequentetur ac in suis structu-
ris suis et edificiis honorifice conservetur et ut christifideles devotionis causa colibentius confluant ad eandem et ad conservationem huiusmodi ma-
nus porrigant promptius adiutrices quo ex hoc ibidem celesti dono gratie uberius conspexerint se refectos, de omnipotentis dei misericordia ac beatorum
Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi Omnibus vere penitentibus et confessis qui in Nativitatis eiusdem gloriose virginis Marie festi-
vitate eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices ut prefertur Quinque Annos
et totidem Quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem
quod si visitantibus ecclesiam vel ad conservationem huiusmodi manus porrigentibus adiutrices seu inibi pias elemosinas erogantibus aut alias aliqua
alia indulgentia imperpetuum vel ad tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit presentes littere nullius existant roboris vel momenti.
Dat. Mantue Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquinquagesimonono Tertio Kl. Decembris
Pontificatus nostri Anno Secundo

g. ja. d. Piccolominib.

Pius Episcopus Servus Servorum Dei Universis Christifidelibus presentes litteras inspecturis
Salutem et apostolicam benedictionem. Dum precelsa meritorum insignia quibus Regina celorum Virgo dei genitrix gloriosa sedibus prelata sidereis quasi stella matutina pre-
rutilat devote considerationis indagine perscrutamur dum etiam intra pectoris archana revolvimus quod ipsa utpote misericordie mater et gratie ac pietatis
amica humani generis consolatrix pro salute fidelium qui delictorum onere pregravantur sedula exoratrix et pervigil ad Regem quem genuit intercedit dignum
quin potius debitum arbitramur ut ecclesias in honorem sui nominis dedicatas gratiosis remissionum prosequamur impendiis et indulgentiarum muneribus
decoremus. Cupientes igitur ut parrochialis ecclesia beate Marie Virginis in [illegible] Bremen. dioc. congruis honoribus frequentetur ac in structuris
suis parietibus et edificiis honorifice conservetur et ut christifideles devotionis causa libentius confluant ad eandem et ad conservationem huiusmodi ma-
nus porrigant promptius adiutrices quo ex hoc ibidem celestis dono gratie uberius conspexerint se refectos de omnipotentis dei misericordia ac beatorum
Petri et Pauli Apostolorum eius auctoritate confisi Omnibus vere penitentibus et confessis qui in Nativitatis eiusdem gloriose Virginis Marie festi-
vitate eandem ecclesiam devote visitaverint annuatim et ad conservationem huiusmodi manus porrexerint adiutrices ut prefertur Quinque Annos
et totidem Quadragenas de iniunctis eis penitentiis misericorditer relaxamus Presentibus perpetuis futuris temporibus duraturis. Volumus autem
quod si visitantibus eandem vel ad conservationem huiusmodi manus porrigentibus adiutrices seu inibi pias elemosinas erogantibus aut alias aliqua
alia indulgentia imperpetuum vel ad tempus nondum elapsum duratura per nos concessa fuerit presentes littere nullius existant roboris vel momenti.
Dat. Mantue Anno Incarnationis dominice Millesimoquadringentesimoquinquagesimonono Tertio Kl. Decembris Pontificatus nostri Anno Secundo

[illegible]

B. A. Brady

ta. apud me a. d picolomib

1459

[illegible]

[illegible]

1459 Nov. 29